

II h
281^a

Corniger

De Hanreitatum materia

1693



28 37

DISSERTATIO THEORICO-PRACTICA
DE
NOBILISSIMA & FREQUENTISSIMA
HANREITATUM
MATERIA,

Quam
AUSPICE VENERE
Decreto & auctoritate Amplissimi CORNUTORUM Ordinis
In
Inclytâ & antiquâ UBIVIS Academia HANREORUM famosissimâ,
PRÆSIDENTE

Patientissimo & Tolerantissimo VIRO
DN. JOSEPHO CORNICERO CORNUTO,

Summo & Antecessore experientissimo, solertissimo:

*Publicè discutiendam proponit, & ad eam Dominos
Collegas fidelissimos humanissimè invitât*

IN COLLEGIO UXORUM

Fortunatissimus & fortissimus Dominus,


DN. BARTHOLOMÆUS ALECTROCHORAS,

BARO & Dynasta in Frauenberg / Weiberbusch und
Jungfern-Dorff /

Ad diem quo vacat, vocat, horâ & loco solitis & licitis.

HANRIPOLI CORNUTORUM,

Typis exscripsit ANDREAS Kleinstengel /
ad signum albæ Gallinæ, 1693.



Th 1873 Gk

Universæ & totius Societatis

CORNUTORUM PATRIBUS

conscriptis,

Et

ANTECESSORIBUS

exercitatissimis,

Per universum Orbem degentibus,

THESES HASCE UT AMICIS ET PATRONIS

OFFERT & DEDICAT

RESPONDENS.

*Accipite, Heroes è priscis Regibus orti,
Ordinis excelsi pars non minimissima nostri,
Hasce Theses nostras, non quas mihi fastus inanis
Excutit, infestæ nec Laudis avara cupido,
Munera magna quidem debebam, parva sed ecce
Reddimus, hoc parvo nihil est jam munere majus.
Aspice, ritè Sacra Veneri donantur honores.
Quoque modo vestris soleant illudere damnis
Uxores miseros & deridere maritos,
Hæc ego descripsi: facili vos fronte Patroni
Sumite & uxorum technasque dolosque cavete.*

BAR-

✠ (o) ✠



**BARTHOLOMÆO
ALECTRO CHORÆ,**

BARONI GALLO,

Ut &

*Omniſus Epistolam lecturis vires & benedictionem
P. Subjectiſſimus*

SACERDOS CYBELES,



Iteræ T. Illustr. ac Generos.
BARO ad me exarata, li-
cet oppido mihi jucundæ
fuerint, nescio tamen an
plus lætitiæ ex illis, an verò
excommunicatione laboris
tui laudatissimi ad me per-
venerit, de quo labore cum iudicium meum,

A 2

quam

quamvis tantis operibus dijudicandis inconveni-
ens, ut transcriberem, huicque T. Illustr. Gene-
ros. Dissertationi præfigerem, petieris, nefas duxi
Illustr. Generosit. T. me, cum ruminarem in toto
terrarum Orbe frequentissimam fieri HANREI-
TATEM omnibusque ferè nostro tempore per-
suasum esse, sicut pisces in medio, ita mulieres
eodem loco esse meliores, sæpius valdè admira-
tum fuisse, qui fieret, ut lucubrationibus & stu-
diis, vel in res ludicras (ad exemplum Ovidij,
qui nucem & pulicem, Heinsij, qui pediculum,
aliorumque, qui res viles ac triobulares laudibus
ornarunt) vel in res nimium graves & profundas
collocatis, nemo unquam hætenus cogitationes
suas jucundæ, utilissimæ ac maximè necessariæ
HANREITATUM materiæ impendere di-
gnatus fuerit.

Quod dum à Tua Illustr. Generos. næ ea
laudem ferè meretur ineffabilem, quod hoc mo-
do miseri illi homines edocentur & honestiorem,
quam hætenus soliti sunt opinionem de iis, qui
licitè & jure eos HANREIZANT, concipe-
re, & simul stratagematibus ac technis, uxorum

ac

ac amatorum illicitè eos concurbitantium, occur-
 rere, nec demum ut hæctenus post vulneratam
 causam remedium quærere. Nunc verò ad te,
 Lector Benevole, cujus potissimum gratia hanc
 Epistolam publici juris esse volui, me converto,
 te admoneo, rogo & obtestor, ut hunc discursum,
 quem non solum multi varia cognitione
 refertum, ipsa lectione jucundum, ve-
 rum etiam aliquando in praxi apprimè utilem
 experieris, in pretio habeas, inque succum ac san-
 guinem convertas. Non enim licet fortassis jam
 omnia videantur serena, eam continuo cogitati-
 onem subibis, quod præsens fortuna immuta-
 bilis immotoque loco constituta sit, nec contra
 se renum turbitudo misceri, melque felle tem-
 perari possit, si quidem hoc rerum humanarum
 conditio variis vicissitudinibus subiecta non pa-
 titur. Quin tu potius cum præsentia hac ad ma-
 num venerint, cogitabis, altaque tibi mente re-
 postum manebit, variam ac mutabilem semper
 esse foeminam, in tantum, ut etiam ea quæ jam
 Penelope videbatur mox in Quartillam aliquam
 transmutari possit, ex quo consultum tibi erit in
 tempore remedium quærere, ut aliquando præ-

ter opinatum , occurrenti malo resistere queas.
Cogitabis denique Lector Benevole, non tibi so-
li te natum esse, sed & lege naturali amicis ad be-
nefaciendum teneri, ut exinde non solum tui, ve-
rum etiam tuorum gratia discursum hunc, quam
commendatissimum tibi habere meritò debeas.
VALE Lect. Benev. & monita ex animo non fu-
cato profecta boni consule. Dabam in Dynasta
tua & arce Frauenberg ꝛ.

T. Illustr. Generos.

Devotus

SACERDOS CYBELES, D. J.



serio
ctus

mo,
main
um
H A
dis fr
unqu
poste





DISPUTATIO
De
HANREITATE.

Thef. I.



Urpe esse Civi & HANREJO Jus HANREI-
TATIS, in quo quotidie versatur ignorare l. 2. §. Ser-
vus. 43. ff. de orig. jur. non minus scitum quam ve-
rum esse experientia satis innuit,

II.

Hæc igitur mecum ruminans, altius rem eam meditari coepi,
ferio ratus cum *Pericle apud Thucid.* Nefas esse civi, ut curis obstri-
ctus rei privatae publicam negligat.

III.

Absolutis itaque vulgatissimis disputationibus, de Pennalis-
mo, Beanismo, Jure potandi & peditu, quæ patrum etsi seculo o-
mnino fuerint incognitæ, per nos tamen publici juris factæ omni-
um feruntur manibus. Jam nobis res ætiter cum Mulieribus &
HANREITATE, in cujus Natura & proprietatibus riman-
dis stylus nobis potissimum occupabitur. Cumque hæctenus à nullo
unquam pertractata sit hæc materia, nos, ne prorsus indicta maneat,
posteriori seculo, & in hac arte rudibus prospicientes (denn ich meis
ne

ne es gut / wolte gerne einem jeden zu Weib und Kind helffen /
 ea, quæ per nostram ætatem observavimus, proponemus plenius,

IV.

Eximia inter Dona, quibus nos indignos, indigos tamen, Deus cumulare dignatus est, non ultimum locum obtinet, erudita illa lingvarum cognitio, aut ut aliis vocare libet, Philologia. Rectissimè enim Epictetus ait: Principium παιδῶσεως, esse vocum contemplationem, & Cic. in Top. Verba esse rerum notas, quod & alibi passim. Jul. Caf. Scalig. inculcat. præsertim Exercit. 325. num. 59. nominum cognitionem referre plurimum ad rerum notionem. Unde non solum Grammatici & Philosophi, sed etiam Jcti vocum notationem quærunt, ut arguit. l. ita vulneratus ff. ad L. Aquil. Senatus 35. §. 1. ff. de donat. pr. tit. inst. de Testam. ad §. 1. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.

V.

Nec igitur & nos pigeat, in nominis rationem indagare, certè ob legem methodi non aliter possumus. Et quamvis HANREITATIS vocabulum multis barbarum visum fuerit, tamen si penitus magnum Donatum, Dasipodios, Lexica, & opus Ælij glossatum de octo partibus orationis, inspicimus, inveniemus illud non tantum apud summæ famæ Oratores, verum etiam apud Poëtas in usu fuisse & etiamnum esse: Sic etiam nescio quis,

*Quisquis in uxorum se non accommodat artes
 Hanrei miseræ cogitur ire vias.*

Et alius ad Maximum

Dicunt Hanrejum Maxime te pueri.

VI.

Est itaque HANREITATIS vocabulum mere Germanicum, sed in Latinitatem jam olim degeneravit, componitur teste Dasipodio, Nizolio & Aldo in phrasibus, ex antiquissimo vocabulo Hân / qui Latinis Gallus ἀλεκτροιδόν & voce Nein / quod Chorea

Chorea sive *Zanß*/ quasi dicas Galli Choreas, nostrates vocant. *Hahnreyer*/ (sic etiam eos vocat speculum Saxonicum. *l. 2. art. 13. in gloss.*) *geschlossene Gesellen*/ monte cucullos vocat *Alciatus l. 7. P. 1. rerg. jur. C. 5.* etiam *gedultige Hahnreyen* / eos Saxones vocant. *Nevizan. in Sylv. Nuptial. fol. 342. lib. 4. num. 76.* bonos viros, ab auctoribus passim vocantur Cornuti, Cornua enim gerunt manifesta & conspicua, extra pileum sæpè protuberantia, & ne omnibus appareant, pileum tamen si honestum virum prætereant, non detrahunt, & hoc est verum HANREICÆ gravitatis signum, Saxonice tamen solis HANREITATIS vocabulum ascribitur cum etiam aliis ejus usus communis sit. Conveniunt autem in hoc cum Gallis, quia licet Gallus proprias uxores habeat, quæ tamen etiam ab aliis visitantur, ita & hi licet proprias uxores alant, ab iis etiam alij admittuntur viri. Ulterius denominatione vocabuli boni viri idem dicit. *Nevizan. l. 9. Sylv. Nupt. num. 76. p. 324.* Si dixerò ad aliquem tu es bonus vir poteris me convenire actione injuriarum, quasi uxor tua sit adultera.

VII.

In genere verò HANREITAS optimè sic definiri poterit. *Hanreitas est passio & actio*, (est enim in utroque prædicamento) *cum quis tenetur alteri uxorem suam, vel vice versa maritum commodare ob imprudentiam & impotentiam ad fallendum maritum, vel uxorem apta & inventa.* Alij ita ex jure definiunt: *Hanreitatem nihil aliud esse quam lachrymosam admissionem in jus quod maritus habet. l. 62. de R. J. l. 29 l. bonorum appellati. ff. de V. S. l. 3. §. hereditat. ff. de bonor. poss.* Liqueat enim quam multum de jure suo remittere cogantur mariti vel haud inconvenienter ex jure defini-ri potest *Capitis diminutio. Secundum l. 1. & tot. tit. & r. instit. de Capit. dimin.*

VIII.

Definitionem rectè sequitur distributio. Aut enim HANREITAS est voluntaria, aut non voluntaria; Hæc rursus à Dd. dividitur in illam, quæ fit lucri, necessitatis, vel amicitiae causâ.

B

IX. Lu-

en /
nius,
men
udita
gia.
vo.
quod
. 325.
otio-
J Cti
ad L.
§. 1.
certè
REL-
peni-
atum
ntum
fuis-
erma-
itur,
o vo-
quod
horea



Lucri causa est, cum maritus uxorem sciens prostituat, & alteri concedit. Procedit hoc sæpè paupertatis causa, quæ multa exculat. *l. 7. ff. de Excusat. Hondorff. in prompt. Exempl.* Tale Exemplum de Cardinale quodam alterius uxorem Hancreizante refert. Etiam apud nobiles Muscovitas id observari attestatur *Petrus Peregrinus in Chronic. Musc.* talis est propriæ fortunæ faber, cum non prohibet, cum prohibere potest *l. 109. ff. de Reg. Jur.* Secundum naturam etiam est, ut qui commodum (videlicet uxorem) etiam onus HANREITATEM scil. sentiat. *l. 10. ff. eod.* & volenti hac in parte non est injuria. *l. 1. ff. de injur.*

X.

Ex Doctoribus nonnulli sunt, qui ejusmodi maritum vocant lenonem, sed perperam & nimis crudeliter, qui libet enim & rerum suarum moderator est & arbiter. *l. 21. C. de mand.* Stylus tamen curiæ id ita observavit, à qua sententia in praxi non est recedendum, quia communis error etiam jus facit. *l. 3. Barbar. de Offic. Prator.* licet contraria de jure verior.

XI.

Amicitia causa, sic Cato Uticensis uxorem suam Hortensio concessit. *Plutarch. in ejus vit. Strabo l. 11.* Alexander Magnus Apelli svavium suum & capitulum lepidissimum communicavit. *curial. Aub. Castil. l. 1. fol. 86.* Plato uxores, ut reliqua utensilia & possessiones communes esse voluit, ut memorat. *Guev. Hor. Pr. fol. 298.* & talem morem apud Calecutios adhuc esse scribit. *Münster. Cosmograph. l. 5. Ludov. Vartum in Itin.* idem habet, sic & apud Tyrrenos communia conjugia fuere Referente Theopompo &c. quorum liberi ex communi fisco nutriebantur, *Kornm. in Monte Vener.* Romani cum satis liberorum habebant ex uxore, illam alteri concessisse, scribit. *Cæl. Rodig. lib. 13. c. 17. & Amm. Marcell.* nobis mos iste displicet; Græcorum acceptamus. Maritum duas habere debere uxores, ut si morbo vel puerperio detineretur una, altera domi esset & munia domestica curaret, *Guev. Hor. Pr. f. 298.*

Necessaria est apud Nobiles usitatissima. Postremus enim universæ familiæ, quando hæredibus Masculis caret, & uxores nepes vel feuda ad alium veniant, meruit, longustum quendam Longolium sive Nazianzenum (jedoch es liegt nicht allezeit an der Grösse/ denn kleine Füchse haben auch grosse Schwänke. ut ait Olor. in Imper. Mul.) cæteris tamen paribus admittit, cujus virtute, gravida facta sibi perpetuam mansionem conciliat, maritumque exhilarat, is enim nomina & insignia sua superesse cupit, & hic mos in scriptura fundatur, ut frater fratri semen suscitet. Deut. 25. Neque hic Augustinum moramur, qui satius esse putat sine liberis defungi, quam ex illicito coitu stirpem quærere, sed potius publica utilitas spectanda est, cum Republicæ multum intersit, stemmata vetusta conservari, multitudineque populi abundare. l. 6. §. 2. de bon. damnat. Hoc & multis illustrat exemplis, Latb. de censu. l. 3. cap. 3. per tot. Imò decet bonum civem meminisse ejus quod post Tullium Jctus Ulpian. in l. 1. §. 15. ff. de Ventr. in poss. mittent. se patriæ natum esse. Quem secutus magnæ authoritatis vir in Italia, qui cum sterilem uxorem duxisset, hoc pro acquirenda prole cum illa consilium inquit, ut aliena in thoro vestigia admittat, assentiente illâ Germanus quidem Nobilis ad fabulam agendam, ut qui eo loco literis incumberebat, occasione commodâ adducitur, qui haud multa moratus in id facile consensit, quodque suarum erat partium, gnaviter est executus; ideoque illa concepit & filium peperit: unde factum est, ut postmodo fecundissimam se præberet marito. Hoc cum vir animadverteret, suisque facultatibus instruere filios averet, illum autem primogenitum suum non esse sciret miserum in Ecclesiasticum ordinem detrussit: Quî tamen ita profecit, ut brevi Episcopus, ac deinde Cardinalis, tandemque ne quid homini benè nato deesset, Papa crearetur. Sedens igitur, & Petri vices agens, à matre, quam conscientia ad poenitentiam urgebat, fit certior de vero patre suo: Huic cum Pontifex omninò gratiam referendam esse putaret, Romanam cum citavit, eumque cum matre primum ab omnibus peccatis

tis absolvit, ac Cardinalem itemque Legatum à latere fecit. Est autem hoc minimè fabulosum, sed omnino vera historia, ut illius etiam prout gesta est, stirps illa, quæ etiamnum floret, & conscia, *Job. Wolff. tom. 2. R. M.*

XIII.

Cautum tamen volumus, ut quæ hoc facit, ignominia notam non incurrat, quia privatis commodis per publicam utilitatem derogatur. *Arg. L. Lucius Titius. ff. de Evict. Cubach. Cent. 1. quest. miscell. dec. 3. quest. 6.* Sive sit uxor, sive maritus, cum nihil inter sit, quis solvat, utrum ipse qui debet, an alius pro eo, *princ. instit. quibus mod. toll. obligat.* Etiam invito, *l. 39. ff. de negot. Gest. Donell. lib. 12. comm. cap. 16.* ubi *Hilliger. sub not. B.* neque id omnibus concedi debet, sed illis saltem, qui ad hoc remedium tanquam ad sacram anchoram confugiunt, quod enim fit propter necessitatem, non debet in exemplum trahi. *l. 162. ff. de R. J.* Est autem actio personalis, quæ personam non egreditur. *Tit. Instit. de J. N. G. & Civil. nec ad alios transit. l. except. 7. ff. de except.* Sed ad certos homines est adstricta, quibus hoc Princeps indulgit, & cum iisdem personis rursus extinguitur. *l. quia tale. 13. ff. sol. matrim. l. in omnibus causis 68. ff. de Reg. Jur. l. privilegia. 190. ff. eod. l. unic. C. si in commod. eademque causa. l. sordi 13. C. de Excusat. muner.*

XIV.

Huc respexere Solon & Lycurgus, ut si quis ætate profectior ac viribus impotentior novenarium cum Ovidio, vel cum amico suo (quem honoris causa non nomino) decimum quintum numerum, incendere non posset, huic integrum esset ex adolescentibus aliquem, quem tanto honore dignaretur, deligere, qui venere potentior, generoso semine uterum impleret, modò quòd nasceretur non diceretur alienum, *notante Cornel. Agrippin. in libr. Van. scient.* Und solcher verdient ein groß Gottes Lohn / patriaque & amicis consulit, nam memoria patris in filio conservatur; *Arg. l. liberos 220. ff. de V. S. & quo longius generatio progreditur, eo magis posteritatem & familiam nostram augeri videmus, propterea forsan.*

Jul.

Jul. Caesar omnium mulierum vir est appellatus, quod impotentia maritorum subvenerit. *Sueton. in Cas. cap. 51.*

XV.

Quod si verò ab uno aut altero, cum quo concumbit, non concipiet, mittite illas ad Thermas Badenses, & res erit in vado, de his Thermis Poggius Florentinus Leonhardo Aretino scribit: Nulla (inquit) in orbe terrarum balnea ad foecunditatem mulierum magis accommodata esse: Innumerabilem multitudinem nobilium & ignobilium, ducenta millia passuum eò venire; non tam valetudinis, quam voluptatis causâ. Omnes amatores, omnes procos, quibus in delitiis vita est posita, eò concurrere, ut fruantur rebus concupitis, multas foeminas corporum simulare aegritudines cum animo laborent, omnibus unam mentem esse tristitiam fugare, quærere hilaritatem. Non de communi dividendo agere, sed de communicando divisa. Has ipsas Thermas Aug. Busbeq. *Ep. 3. fol. 138.* conciliatrices amorum vocat. Faceffiant igitur rigidi illi & Severi Catones, qui odio plus quam Vatiniano balnea hæc prosequuntur, mihi iste mos & consuetudo promiscuorum Lavacrorum perplacet, atatemque aliquando, cum Argentorati ante 20. annos Philosophabar, in iis contrivi.

XVI.

Quod si sinistro quodam fato balnea ista nihil proderunt, uxores ad Academias mitti possunt, ubi omnium Facultatum studiosi facile rimabuntur sterilitatis causas: Norunt enim plerumque morbos mulierum, præsertim studiosi medicinæ, quibus pro viva Anatomia esse possunt, facilique labore sterilitatem abigent, foecunditatemque provocabunt.

XVII.

Non voluntarios vocamus illos, qui siccis oculis nequitiam uxorum aspicere coguntur, cum propter impotentiam vel aliud vitium naturæ, quod tamen ipsis minimè, sed naturæ potius impu-
tandum, uxorem in virgâ ferreâ regere nequeunt, *han sie nicht mit eyser*

ehfernen Fleisch-Gabeln heimsuchen / repudiantur, & alius robu-
stior admittitur (qui illam tanquam vas figuli confringere potest,
Kan ihr wie ein approbirter und wohlversuchter Quack-salber den
Staar stechen) quique in id quod maritus habet, exasse succedit;
Et hoc quidem optimo jure fieri quis dubitet ? Nam matrimo-
nium est conjunctio viri & uxoris, & omnium rerum communica-
tio. *l. i. de Rit. Nupt.* Jam autem ubi nihil est in marito, ibi quoque
nihil potest conjungi vel communicari. Nullius enim entis nullæ
sunt qualitates: Ergo nec opus est tali casu, ut uxor divortium pe-
tat. Nam quod ipso jure nullum est, non opus habet rescissione.
argum. l. 16. princip. ff. de minor. Uxor enim cogi non debet, ut coha-
bitet cum peccati periculo, sed liberè alium assumere potest. Nec
argumenti Conani quicquam faciunt hanc in rem, illa enim satis
superque refutantur à Beza in *polygamia. p. 91. cum seq.* neque hac
in parte impotentia quem excipit, nihil namque interest, sive id per
incuriam vel debilitatem hominis causetur. Uxor enim semper &
jure merito officii sui observans est quod vult, ut accipiat, acce-
ptumque taceatur, *l. quaritur 14. §. 1. ff. de Edilit. Edict.*

XVIII.

Rectè talis cum Oweno dicit:

Hanc ego mi uxorem duxi, tulit alter amorem.

Omniūque quos sol videt, est miserrimus. Nam hostes non
hostes domum suam intrare videt (licet non semper ex proposito,
tamen sæpè ex accidenti) suo sanguine partis rebus alit, & se vivo
in jus succedi pati cogitur, magnæ tamen impotentia conscientia ma-
nu percutit, pectus animitus anhelat, nec tamen audet dicere, uxor
quid facis ? Est tanquam mancipium & servus, res domesticas sub-
ire cogitur, auffwaschen / der Kinder warten / Bier und Wein
holen / denselbigen einschencfen / Ganymedem agere & c. ut testatur
Sylv. Epist. 165. in descript. Vien. interdum etiam peregrè emittitur,
ut debitoribus diem dicat, Schuld einfordern / interea illæ deli-
tescunt domi, amatoribusque diem dicunt, lassen sich den Rock in
die Salten stechen / und die Paradies-Äpfel von naschenden
Zigen

Zihenm: sefern/ Das sie nicht erschieren/ wohl betassen / calem uxo-
rem habens miserandam illam collectam sapius cantat. *A tali uxo-
re libera me Domine. item; Cupio dissolvi.*

XIX.

Hac lue inficiatus, quando status sui mentionem audit Cor-
nelius mirabilia in suo cerebello facit, siehet so süß als ein Essige
Krug/und so freundlich wie ein erstochener Bock; so lieblich als
wann er ein Kind gefressen/sedet oculis in terram de fixis, tacitus
mullitans & adversam fortunam suam deplorans. *ex Job. cap. 3.
vers. 11. item cap. 16. vers. 18.* Ho ram nativitatis inculat, nuptiarum-
que diem, & interea furor & dolor ita illum metamorphozat, ut
putet esse parvos Diabolos, cor eorum palpitat in ventre, quasi
quis percuteret eum pugno, respondere præ angustia nihil possunt,
& tanto magis, quia ipsos quotidie hujusmodi crepiscordia pati o-
portet, & tanquam pillulas amarissimas absorbere, clamant intra
seipsum: *o tempora, o mores, o Sancta Maria, o sancti & Sanctæ
de Paradiso, liberate me ab istis tribulatoribus, o terra, o infernus
aperite vos, & inglutite vivos illos Diabolos, qui me tam incessan-
ter affligunt, in conviviis dicunt, o Domine, sine hoc convivium
abire in festinatione & sine ulteriore vexatione, imo talia sympo-
sia magis fugiunt, quam Diabolus (ut dicitur) crucem, aquam lu-
stralem & verualem annosam, pro forma tamen hilares se præbent,
neque ullo modo tristes videri volunt.*

XX.

In Lusitania herbam quandam, Dutroam, nomine, habent,
quam marito inscio propinant, illoque præfente & apertis oculis
spectante, verum fatuo risu in mentis ab alienationem conjecto
communi proverbio, horrenda illa cornua instruunt, nec is è so-
mno excitatus eju squã rem miscitur, verum sopore levi se corre-
ptum fuisse existimat. Etsi autem Dutroæ usus multis in locis
prohibitus sit, sit tamen, ut ipsimet etiam edictis qui cavent ab u-
xoribus decepti eandem bibant plurimum. *Pancirob, de nov. re-
pertor. l. 2. s. 10*

XXI.

XXI.

Quanta igitur sit mulierum in ludificandis maritis vāfrities, ex hoc solo liquet, quod possint visibiliter defraudare maritos, & ipsis præsentibus cum alio HANREIZARE. Romana illa Imperatrix, quæ aulicum quendam amabat, quod cum Imperator rescisceret, fraudis plena, ut plerumque sunt, astu maritum decepit, seque salvavit, amatori suo id consilium dans, ut si re & ipsam, morti furorique Imperatoris eripere vellet, stulti habitu indutus in publica via ipsam oscularetur & amplexaretur, quod factum, tanquam à Stulto non fuit reputatum, illa HANREITATIS re, juramento se purgavit nullum alium præter Imperatorem & Stultum illum ad oscula admisisse corporisque sui partem fecisse. *Kornman. in Syb. Tryg. & Fr. in libr. qui in scribitur Schimpff und Ernst / quod quoniam nos corrigere nequimus aliis id remittimus, siquidem vigilantibus, non dormientibus sunt leges scriptæ. J.C. in l. Pupill ff. Quæ in fraud.*

XXII.

Si verò HANREITAS apud uxores ita inveteravit, ut extirpari nequeat, Deo quem sufficientem HANREITAS ultorem habet, l. 2. C. de Reb. cred. Deut. 22. v. 23. & bonis viris rem commendet, sinatque HANREIZARE quantum velit, cogitet, se non solum huic morbo obnoxium, sed illum per universum orbem terrarum quam plurimos commaculasse: Videas tamen ne erga amicum uxoris ingrato nomine noteris, sed simile fac & luto luto purga, vicariique uxorem vel sororem comprime, pari pari referens. Excitatur namque similibus ad similia, & vim vi repellere omnes legens omniaque jura permittant. l. sed & partus ancilla. Quod metus causa. l. 9. l. scient. Ad L. Aquil. l. liber homo ff. eod. l. 5. ff. de just. & jur. non reperiendi, sed ulciscendi gratia. l. 4. 5. ad L. Aquil. & quidem similibus armis, ut hic fit. d. l. 5. ad Leg. Aquil. & l. 3. §. cum igitur.

XXIII.

XXIII.

Huc etiam ut videtur, respexit Scriptura *Genes. 8.* qui sangvi-
nem humanam fundit, hujus sanguis quoque fundetur, & *Ovid.*
l. 3. de Art. amand. sic inquit.

*Judice me, fraus est concessa repellere fraude,
Armaque in Hanreos sumere jura sinunt.*

Nam cum damnum tuum tibi reficere liceat. *l. 61. ff. de R. J.*
tu eodem jure, quod in te statuet, in illum utere. *l. 1. § 3. ff. quod
quisq.* Et notum est, quod per quæ quis peccat, per eadem puni-
re debeat, frangentique fidem fides rursus frangi. *l. cum proponas
C. de Transact.* Præsumitur enim vicarium tuum raro cum pro-
pria uxore concumbere, quæ si mariti nequitiam, tuam miseriam
percipiet, libenter te admittet, studebit enim reddere pares vices,
ut testatur *Nevizan. lib. 4. num. 79.* & quod communi proverbio
dicitur: *Wann ihr Mann zerbricht Häffen/so zerschmeißt Sie
Eypffe /* & non immerito, conditionem enim viri sui sequi te-
netur, naturaque mulierum ad vindictam est admodum proclivis,
& sic paria delicta mutuâ compensatione tolluntur. *l. 39. § ibi
Bartol. ff. solut. matr. c. 6. fin. X. de Adult. l. 39. ff. de dol. mal.
l. 57. § fin. de contrab. Empt.*

XXIV.

Huc etiam pertinent egregij *Neviz.* versus ad hanc nostram
materiam accommodati, quibus etiam ut ingratitude notam
effugiamus serio mandat.

Hæc tibi cum primum tunc tradita noveris arma,

Qui tibi præstiterit cornua, redde citò.

Ingrati nomen fugias si reddere possis,

Et si non poteris reddere, redde cupò.

C

XXV.

Tales casus cum Italia (teste eod. Neviz. Sylv. Nupt. l. 4. n. 53.) horum hominum veracissima saepe veniant, tamen narrare superse-
deeo. Videatur saltem Johann. Boccac. in Cento novell. part. 2. in der achten Tagereise/ Historia 8. fol. 100. ubi amicus amici con-
jugem supra cistam, in qua alter jacuit, compressit, communem fortassis regulam observans, quod quisque juris alij in se concessit, ab aliis vicissim postulabit, per tot. tit. ff. Quod quisque jur. &c. Perpendite nunc, quid cordis ipsi misero fuerit, cum talem tumultum audivit, putavit forsan caelum corruere, stellasque cadere, vel Jovem cum Junone rixas movere. Nam si verum fateamur, ubi audiuntur HANREITATES plures quam in Italia? Ubi visuntur Cornuti plures, quam Venetiis, ibi enim Mercatores ultra anni solisque vias peregrè profecti, inferiorem corporis partem, instrumento quodam ex ferro & chalybe confecto & gossypio artificiosè refecto circumdant & obsecratam relinquunt, sed quam vanum hoc sit palam est:

Mus miser est, antro qui saltem clauditur uno.

Sie wissen mehr Löcher als ein; invitam namque mulierem custodire, aequè difficile est, quam in ferventi sole publicum, gregem observasse, Sylv. in lib. de Amore Eur. & Lucret. & licet eas custodiretis non secus ac Pater Acrisius suam Danaem:

- - - quam Turris Abeneae
Robustaeque fores, & vigilum canum
Excubiae muniebant. Horat. lib. 2. Od. 16.

Imò, Wenn ihr Sie an die Seite hängen wie eine Fuhrmanns, Tasch/ consilium tamen invenient, quo vos eludant: Certius namque est si nullis repagulis clauderentur, fortassis fideliores essent, sed si Argum apponas, aut Atlantem custodem constituas, erumpent tamen & evadent. Maneat potius quilibet domi, ne longè ipsius expectationis pertæsa, uti Clytemnestra cum
servis,

servis, qui tenentur operas Domini præstare, se commisceat, denn wenn ihnen das Fleisch hebt an zu jucken/ nehmen sie was da ist & secundum Bersmannum :

*Non herbis hoc fit rigidus quas educat hortus
Carne opus est illas si saturare velis.*

Hinc etiam Dianira anxie conqueritur, quod ob crebram mariti absentiam eâ voluptate destituatur, quâ aliæ mulieres solerent oblectari, quâ ratione & viduam se nominat:

*Vir mihi semper abest, & conjuge notior hospes
Monstraque terribiles persequiturque feras
Ipsa domo viduâ votis operosa pudicis
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.*

Videatur hic ulterius Neviz. lib. 4. num. 88. & quo sæpius mariti proficiscuntur eò sæpius uxores eorum obliviscuntur, teste Salm in libid. de marit. fid.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Hoc secuta Helena Menelai uxor, quæ dum maritus abest,

*- - - prorsus ne sola jaceret,
Hospitis est tepido nocte recepta sinu.*

Non omnes sunt ut Fulv. Torquati uxor quæ dum maritus, in expeditione Asiaticâ annos undecim abfuisset, à nemine unquam visa fuit, sed solitaria & inclusa vixit, neque marem octenni majorem domum suam ingredi passa est, imò toto illo tempore nec vir, nec fæmina faciem illius detectam vidit, filiolos adhuc impuberes extra domum ad avos amandabat, ne filiorum salutandorum prætextu, (quæ salutatio hoc nostro tempore solet esse valde frequens) alii domum suam valde ingrederentur juvenes. Guev. Horol. Princip. lib. 2. c. 22. Sed hodiè uxores Picenæ quibus salubre videtur cum Clericis Hanreizare, ist ihnen so gut als ein Elystier oder Sundanell / similis enim simile procurat & fortes creantur fortibus & bonis. Hor. l. 4. Od. 4. Circa vesperam passim ad

53.)
aper-
rt. 2.
con-
em
cessit,
&c.
mul-
re,
r, ubi
antur
ni fo-
nstru-
ficio-
anum
m cu-
egem
custo-
Subr-
: Cer-
delio-
a con-
et do-
cum
servis,

fenestram stant, & eò perventum est, ut non solum prospiciendi, sed & garrandi & confabulandi gratia fenestram pulvinis insternant & quando amatos suos studiosos, qui eo modo censentur, eis velle benedicere. *Gloss. in cap. absit. ii. quest. 3. per c. scripturis. Dist. 96.* præterire vident, altâ voce clamant: *Wo hinaus Herr Jacobus/daß ihr nicht einmahl zu mir komt/wie ist der Herr so gar stolz worden / daß er arme Leute nicht mehr kennen will / mein Mann ist nach Franckfurt verreist/komt in vierzehn Tagen noch nicht wieder/komt heint die Nacht zu mir und helfft mir die Lade zu machen.* Et quis quæso & hodiè ab uxore sua obtineret, ut totis undecim annis fores non operiret, cum res ipsa loquatur, si maritus unum diem fores claudi jubeat, totum illum diem uxoris clamoribus ædes fremituque reboare. Quod si vir precariò auctoritatem suam aliquatenus defendere canatur, ibi illa stat in acie, solumque cedo nulli: Wann der Mann sein Mund aufthut wie ein Posaun / so hält das Weib ihren Pelz auff/und läßt die faule Meze ihr Geschütz weitlich brummen/da fliegen die Criminal-Kugeln/daß criminor te, & Kratzenor à te, kommen à criminibus ad crines, der Mann berufft sich ad legem & testimonia, sie aber ad temporis præscriptionem, domini usurpationem & exempla secundum Olor. in tr. Mal. Mul. fol. 54. Imò interdum evenit, daß sie ihre Männer wohl abschlagen / & instar equitis ipsis in-
equitant.

XXVI.

Mirum igitur non est, eam consuetudinem ad posteros pedentim esse propagatam. Exempla nobis nec in sacris desunt. Absalom enim proprium parentem. 2. Samuel. cap. 16. & Ruben Genes. Cap. 35. it. cap. 49. Itidem patrem Hanreizavit. Et Historici profani testantur majores nostros impune in casis & exiguis stramineis ædibus artem hanc exercuisse. Nam secundum Juvenal.

*Antiquum & vetus est alienum posthume lectum
Concutere, atque sacri genium contemnere fulcri,*

Omne

*Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas,
Viderunt primos argentea secula mæchos.*

Et licet apud multas Gentes gravis pœna constituta esset Han-
rificis, tamen Germanos ullam pœnam illis constituisse nullibi in-
venio. Apud Ægyptios illis virilia exsecabantur, alibi naribus am-
putabantur. *Diodor. Sicul. lib. 2. Bibl. cap. 3. Martial. lib. 3. Epigram.*
Apud alios pilorum evulsione puniebantur, pœna quidem ridicu-
losa, sed tamen ignominiosa, quæ *παργατιλμὸς* dicebatur. *Aristoph.*
in Nubib. Videatur de aliarum gentium pœna. *Itholos. in Syntag-*
mat. Jur. lib. 36. cap. 6.

XXVII.

Hanc tabem Galliam etiam invalisse audio, Scotiam itidem,
& penitus totos divisos orbe Britannos, & inde

Mansit apud Scotos indeclinabile Cornu.

XXVIII.

Apud Lithvanos, patrio more mulieres unum pluresvè pro
facultate mariti concubinos nutrire consueverunt, qui negligente
marito onera matrimonii subirent. *Æneas Sylv. lib. 4. de dict. &*
fact. Alph. 6. 8. id. Sylv. tr. de Europ. stat. Sub Frid. 3. cap. 20. & tales
Coadjutores nominarunt *Chelheffer* ut asserit *Münster. lib. 4. Cos-*
mograph. In Bohemia id etiam fieri audio, & idem scribit de Vene-
tis foeminis *Nic. Bellus. Rerum politicarum Tom 3. fol. 596.* Quod
Peregrinis valde delectentur, eorumque amorem, officiis aut pre-
tio immenso sibi studiosè concilient.

XXIX.

Quæritur hic, num quis dona pro Hanreitate assumere possit?
Ex responsione Antonini Imp. qui etiam hac de quæstione quid
statueret, consultus, rescripsit, & nos decidimus ἔτε πάντα, ἔτε πάλ-
ῳτε ἔτε παρὰ πάντων, id est, neque omnia, neque quovis tempore,
neque ab omnibus. *l. solent. 6. de Offic. Proconsul. Polit. in Miscellan.*
capit. 95. Sed inhumanum est à nemine accipere, passim vilissi-
mum, omnia avarissimum.

XXX.

Omne

XXX.

Tamen ut aliis placet, illi sunt laude digni, qui à privatis & pauperibus nihil, sed à magnis oblata, gratà mente accipiunt, & licet vice miraculi sit mulier cum donat. *Bald. in f. l. Si à sponsio. 16. C. de Donat. ant. Nupt. Tiber. Dec. Resp. 37. n. 7. vol. 3. Phil. Math. ad l. 2. de Reg. Jur. Accursius in l. Negenius. de Negot. gestor.* Hac tamen in parte admodum largæ sunt. Sed non ita pridem, magni nominis Politicus, hac de quæstione quid sentiret in Comitibus HANRIPOLENSIBUS interrogatus, respondit: distinguendo inter ea munera, quæ in laboris compensationem, & inter ea, quæ honoris & benevolentia causa dantur, illa quidem non adeò improbabat, quia infelix, *Guev. teste*, qui laboris non expectat præmium, & quilibet operarius sua mercede dignus est, honestius, honestius tamen esse dicebat, ejusmodi munera, altò animo spernere, præsertim cum actus hic videtur esse commodatum, quando originem trahit ex amicitia & officio, tum contrarium est commodato & officio merces, gratuitum enim debet esse commodatum, *§. 2. Inst. quib. mod. re contrah. obligat.* tamen quicquid sit, munera honoraria omninò assumenda putabat, multa siquidem honestè accipiuntur, quæ in honestè petuntur dicit *J. Ctus. l. 1. §. proinde. ff. de Extraord. cognit.*

XXXI.

Diximus Th. superiori à magnis oblata grata mente accipi debere: Poterit hic quæri, an etiam magnates, qui sunt Dii Terrestris, hoc infesto & pudendo morbi genere afficiantur? Neminem adeo hospitem in historia esse credo, qui hæc ignoret; Habebat Vulcanus suam Venerem, quæ etiam extra oleas & vineas vagari solebat, Fridericus Barbarossa Adelheidam Filiam Marchionis de Vohiburg uxorem suam in foro Constantiensi repudiavit. *Ottonis de S. Blasio appendix* Andrea. Regi Neapolitano erat Johanna, quæ maritum iudo Veneris imparem, strangulari fecit, quemlibet robustum & cum naso longum ex eo penem augurans ad se

se accerserat. Antonio fuit Cleopatra, quæ sumpto cucullo in lupanari prostribulo 106. virorum concubitus pertulit, in tantum enim, ut professa est, in tentigine rigidæ vulvæ erat accensa, quod à lupanari quidem sed non satiata recessit, testante ipso Antonio in *Epistol. ad Q. Soran. de incont. libid. Cleopat. Reg. Imperatori Claudio erat Messalina, cuius virtutes Tacit. lib. 11. Plin. lib. 10. c. 62. Sveton. in vit. Claudii refert. Hæc Lycissæ Scotti nomen mentita, lupanar ingressa, & ex congressu 25. virorum palmam sibi vendicabat, & secundum Poëtam:*

- - - *Lassata viris nondum satiata recessit.*

Pompejus habebat Martiam, Agamemnon Clytemnestram, Cæsar Pompejam, Otto 3. Imperat. Mariam Arragoniam, appendix Aurel. Viet. Sigismund. Imperat. Barbaram Ciliam, illa cum superos & inferos esse negaret, interitumque vitæ & corporis statueret, vitam omnem censuit inanem, quæ non coitu, luxu, libidine contineretur, quapropter ultro viros in suum complexum invitabat. *Lehm. in Chronic. Spir. Bon. fin. rer. Ungar. lib. 7. Syl. in Pararel. Alph. lib. 3. c. 5. Cuspin. in Sigism. recte tamen ut prudentes censent, artem arte delusit, nam Münster. in Cosmograph. teste. Cull der Kånser eben in dem Spital Franck gewesen sey. Antonio Pio Principi laudabiliter Faustina, portentosæ libidinis mulier, quæ ut *Suid. & Guev. volunt, etiam maritum vario modo fallebat, hæc gladiatorum quendam adeo impensè amabat, ut ad sedandam fœminæ libidinem Chaldæi Gladiatorem interficerent, eique ejus sanguinem bibendum propinarent. Kornm. in mont. Vener. cap. 51. ubi & ipsius monumentum, quod Faustina amanti fecit, recensetur.**

XXXII.

Ut illi, qui viduas ducant, matrimonia habent plena litium, jurgiorum & discordiarum; ita etiam seni juvenculam ducere nequaquam convenit, quam misera enim senum maritorum vita & conditio sit, ex gravissimis authoribus liquet *Juvenale enim annuente.*

Coitus

- . - Coitus jam longa oblivio, vel si
Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus.
Et quamvis tota palpetur nocte, jacebit.

Et quam turpe sit senibus amare, Ovidius asserit:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Nihil namque faciunt, præterquam dormiunt, jacent in lecto sicut pigri Epimenides, sternunt usque ad medium diem, & quando uxores illos digito titillant, ut debitum reddant, & idem per idem solvant, sine me dormire, ajunt? quid vis? quæ hæc stultitia? Betet ein Vater Unser davor/ist wohl so gut. Illa verò instat minus & precibus, ja/ja/inquit, könnt ihr dann nicht? Schäm met euch/ viel Wort füllen den Sack nicht/ es muß Fleisch da seyn/ das Ding frisset kein Heu/ läßt sich mit Worten nicht abspeisen/ wolt ihr nicht/ so muß es ein ander thun/ cunus caret auribus, &c.,

XXXIII.

Et hoc Romani benè sciebant conjugia senibus adimendo, quod testatur l. 27. C. de Nupt. Ex qua senibus ejusmodi, qui jam alterum pedem in cymba Charontis habent. L. Pap. & Jul. Matrimonium ob metum HANREITATIS interdictum olim fuisse apparet. Vos enim senes, qui jamjam de ponte estis dejectendi, vel Ceorum & Sardorum more alias interficiendi. *Ælian. lib. 3. c. 36. it. lib. 4. cap. 1.* ut bello ob senectutem estis in idonei, ita ad Veneris septum atque palæstram minus apti. Nam asseverante *Virgil. lib. 3. Georg.*

*Frigidus in Venerem senior, frustra q; laborem,
Ingratum trahit, & si quando ad prælia ventum est,
Ut quondam in stipulis magnis sine viribus ignis,
In cassum furit.*

Admoneo vos itaq; amicus amicos, credite mihi Veneris Sacerdoti ferè emeritò, si famæ vestræ consultum vultis, neq; canos vestros cum ignominia deducere ad sepulchrum, cavete vobis à juvenculis, si enim illis non satis fit devotibus & carnibus, cornibus rem ulci-

scun-

scuntur, & adibunt alium, qui formabit duos claves in una calida,
 ut loquitur *Barbat. in cap. prudent. de offic. de legib. N. 19.* Cumque
 etiam civiliter quasi mortui, parum valituri estis in illo Veneris
 Campo, propter vestram, quæ in vobis dominatur, nimiam siccita-
 tem & frigiditatem, nec ut decet fundum uxorium colere & arare
 potestis. Und ob der Geist willig wäre / ist doch das Fleisch
 schwach / zu dem sind sie auch so unbescheiden / ut item contra
 bonam fidem bis exigant. *l. 5. ff. de Reg. Jur.* auch wider euren
 Willen.

*Infelix, cui torpet hebes, illa puella
 Quo pariter debent, famina virque frui.*

Dormite igitur soli, non potestis amplius praticare textum
in l. foramen §. doce Ancillam. ff. de ventr. inspici.

Ponite vos gladios hebetes, pugnetur acutis.

Licet enim quandoque bonus vir faciat quasi vellet, non ta-
 men hoc sufficit, multò minus contenta erit, illo cujusdam Sene-
 cionis factò, de quo Poëta.

*Uxoris cubito cubitum conjungit Alanus
 Et solet hunc dulcem dicere concubitum.
 Namque satisfieri recupit illa sibi.*

Mandate potius Achilli vestro emortuo, ut intra pelliculam
 & stationem suam se contineat, quæratque primùm ex Horatio:

*- - - Quid ferre recusent
 Quid valeant humeri - -*

Dicite cum eodem: *l. 3. Od. 26.*

*Vixi puellis nuper idoneus,
 Et militavi non sine gloria,
 Nunc arma defunctumque bello
 Dactylon hic paries habebit.*

Nolite sperare osculis illas fore contentas, dicunt, küssen sey
 nur ein abwischen.

*Cum facie ablutâ tolluntur & oscula sputo
 Non curant excusationes vestras & rhythmum:*

Ob ich gleich bin ein alter Mann /
So kom mirs doch zu Zeiten an.

Imò etiam leges civiles permittunt uxori, si vir debitum non reddat, ad alios se convertere. *C. situ abstines. 27. quest. 2.* Qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. *l. qui occidet, §. in hac ad L. Aquil.* Melius itaque est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere. *l. ult. ff. de curat. furios.* quod si mihi non credetis, vestra fortuna ipsi fabri extiteritis, & sibi quilibet id imputabit; non attendite Ciceronis illud: quod juvenulæ senectutem alant, adolescentiam oblectent, secundas res ornent in adversis solatium præbeant; domi delectent, non impediant foris, pernoctent nobiscum; sed potius *Guev. in Horol. Pr. l. 2. cap. 11.* Qui, inquit, neque ad titillationem carnis uxori- bus esse fidendum, neque de juvenibus bene sperandum. Cicero fortasse hoc non intelligebat, nam cum pruritu Venereo laborabat, Corneliam (quæ ipsi Cornelium adimebat) Metelli Scipio- nis filiam ducebat, ob quam tamen omnibus fabula extitit.

XXXIV.

Occurrit hîc, quo nomine sic indigitanda uxor, quæ à marito impotente sic exagitur, *Dd. variant;* Nos illam vocamus uno ver- bo uxorem vacantem: Nam ut Ecclesia vacare dicitur & sine Epi- scopo esse, quæ inutilem & inidoneum habet, *cap. 2. §. sed neque istud de Transl. Episc. Gloss. ibid. in verb. inutilem Jas. in l. final. n. 3. ff. de offic. ejus cui mandat. juris:* Sic & virum nullum, & vacare dicitur uxor, quæ inutilem habet, *Gloss. in l. final. in verbo orbitatis. Cod. ad L. Fab. de plag. Alc. in l. malum §. viduam. ff. de V. S. Covarr. practic. quest. c. 7. l. 5. ff. ad L. Jul. de vi public.*

XXXV.

Fideliter etiam omnes patriotas senes admoneo, ut sibi diligen- ter caveant ab illis, quos vulgus vocat studiosos sive Studenten; adeò enim rapax est hoc genus hominum, & ita vestrae saluti in- sidiatur, ut fidem omnem exsuperet circummeunt vos ut rugientes Leo-

Leo-

Leones, occasionemque quarunt, quæ vestras mulieres impune possint HANREIZARE, illis nihil resistit, tam humaniter, tam amicè se gerunt, ut putares esse parvos angelos, cum revera sint meri Diaboli, in pellibus ovinis ad vos veniunt, intrinsecus verò sunt lupi rapaces, sie zerbrechen den Hasen / und lassen mich die Scherben auslecken / sæpè ad templa non quidem orandi gratia veniunt, sed ut uxores vestras, quæ in uno tertio cum illis conveniunt, spectent & videant, nutibusque vel gesticulationibus amorem suum illis patefaciant. Et sic caveæ illas includeretis ut Tamerlanus Rex Scytharum Bajacetem Regem Turcarum. *Münst. Cosmogr. lib. 4. Leonclav. lib. 9. & 7.* Vix ab harum harpiarum incursum essent securæ. Quilibet itaque senex pix aureum hunc versum in frontispicium domus suæ scribat:

Wer sein Haus will halten keusch und rein/
 Laß keine Studenten und Tauben ein.

Didicerunt enim ex Terentio Studiosi, quod non sit vitium adolescentem scortari; Et ex Euripide, quod inimicus sit mulierem senex vir, cumque auctoritatem Dd. habeant, eò minùs se peccare putant, libentiusque id faciunt. Quando ex accidenti videtis illos, domum vestram introeuntes, scitote, quod non orent, Pater noster. *Bald. in l. nat. ff. de probat.* Nam Veneri Studiosos esse deditos ex eo patet, etiamsi in domum conductam meretricem ducant, non tamen possint inde expelli, cum locator prius considerare debuisset, quod Studiosus non viveret castus, *Bald. in l. adem. C. locat. Alber. in l. non aliter ff. de usu & habit. Petr. Rebuff. in comment. ad auth. habit. C. ne filius pro patr. & de privileg. universit. priv. 1. & 2.* Mihi si tale quid ab uxore cujusdam Picis obveniret, amabam ulnis acceptarem, etiam præ zelotypia, quæ est teste Aristotele senum propria malorum suorum refrigerium, mortem nempe provocando sibi ipsi precaretur, cujus rei exempla non desunt.

XXXVI.

Quod si videtis sinistrae famæ mulieres domos vestras intrantes so gedencet/ daß das Ende nahe sey / & quod de vestro corio

jam ludatur, solent enim esse juvenum Mercurij, Postboten/Postillion/ vestrae famae insidiatrices, & quantum possunt alias reddere sibi similes sat agunt: Interdum etiam, nisi mentitur Ampliff. Laudisman. quod tamen de tali viro non dictum volo, incitantur à propriis sororibus & ancillis ad exercendam erga bonos maritos infidelitatem. *in consil. de discend. Exot. ling. fol. 440.* Expellite itaque illas, vobisque & uxoribus vestris consulite, ne, postea cum Euripide dicere cogantur: *Malarum foeminarum introitus me perdiderunt, quae mihi loquentes hoc blandè persuaserunt sermones.*

XXXVII.

Abstrahite etiam uxores ab illis hominibus, qui in verbis spurci, die gerne schandieren / oder die mit den Säu zu Marck gehen. Corruptum enim vestras conjuges, lasciviam & HANRELTATEM causantur, unde & Romulus legibus cavit, ut quicumque in praesentia mulierum usus fuisset sermone lascivo, non secus ac homicida puniretur, & etiamnum de jure nostro. *l. 15. §. 16. 17. 18. 25. ff. de injuriis. §. injuria. 1. instit. de injur. Franc. de platea. in tr. restit. edicto injuriarum tenetur, qui frequenter appellat & affectatur, coram foemina utitur turpibus verbis, vel abducit comitem, vel proponit aut cantat aliquid, quod ejus pudorem laedat, quales sunt cantiones sequentes: Een alt Wieff by dem Syer sat verborgen; Item/ Marschelten/ Marschelten/ Dartoheen Brand wien/ &c. Lirum, Lirum Pfefferkorn / die &c. spielt auff dem Zä gerhorn / der Danschwengel auf der Trummel / die Brüderke herum/ & id generis alia infinita.*

XXXVIII.

Spurcitiem verborum & lascivos sermones sequitur pictura, quid illa efficere possit, Terentianus ille Cherea satis innuit. *Terent. in Eunuch. Act. 3. Scen. 5. Et Propert. lib. 2. Eleg. HANRELTATIS* originem obscenis picturis attribuit, quandoquidem has intuentes in libidinis cogitationes ruant.

Quae

*Quæ manus obscænis depinxit prima tabellas
 Et posuit casta turpia visa domo.
 Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
 Nequitiaque suæ noluit esse rudes.*

Et ab Æliano refertur de Juvene quodam Atheniensi, qui ob
 adamatum fortunæ effigiem, quam tamen emere prohibebatur, ex-
 piravit. Hinc meritò Aristoteles publicam pœnam statuit picto-
 ribus, qui talia proponunt, quibus libido inflammatur, & HAN-
 REITAS propagatur. vide ulterius *Salm. de fid. Marit.*

XXXIX.

Convivia & Spectacula publica, qualia sunt Abend = Danks/
 Hochzeiten/ Comcedien, &c. quodammodo Hanreitatem dilatare
 solent, *arg. l. 2. C. de Repud.* Hoc cum suo dedecorare expertus
 Imperat. Aurelius, cujus uxor Faustina invito marito spectaculis
 quotidie intererat, teste *Guev. Horolog. Princ.* hanc ne Imperat.
 offenderet, amafios ipsius ad summa officia promovit; Benignior
 certè P. Sempronio Sopho, qui uxorem, quod ludis interfuisset,
 repudiavit. *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.* & idem de Q. Antistio
 scribit, quod uxorem cum libertino saltem colloquentem in publi-
 co repudiaverit. Maluit videlicet vir severus initiis suspicionum,
 subvenire, quam perfectum scelus vindicare. Et huc respexit O-
 vidius Veneris ille Triumvir:

*Ludi quoque semina præbent
 Nequitia.*

Sublatis namque spectaculis choreæ incipiuntur. Da muß der
 puctelichte Harpffen = Peter auff seyn. Hic cum illis loqui licet
 liberè, palpitare, oscula, basia, & svavia figerè, mordicus detractis
 caligis & nudato capite delambere, hinc divaricatis tibiis artificiosè
 bibitur Urschkerben = Bier / ex bona charitate in fraternitatem &
 fororitatem. Hic incertatum esse solemus manuum, hier giebt
 blinde Griff / interdum etiam ein züchtigen Ehren = Griff / eaque
 sursum versus in omnes angulos inserere & immittere in more ha-
 bemus & frequenter tanquam oves erramus, præsertim si lumina
 inter-

intercidant ad latebras, ubi liberiuscule omnia sine periculo peragi possunt, confugimus, ubi, ut *Virgilius lib. 1. Aeneid.*

- - - *Cytherâ crinus Jopas*

Personat, humana docuit quæ maximus Adam.

Quod si non saltatur, vel bibitur, etiam præsentem marito sicca & inani tussiculâ Ehum, Ehum, oculorum nictu, scalpturitione pedum, compressione & tactu manuum, quæ solet esse fallax. *Dodus contra Strigas Char. 26. Nevix. l. 4. n. 76.* Propinatione poculi furtiva oculorum luxuriantium mollitie, vel aliis indiciis affectum suum declarant (videatur hic *Eleg. 4. Amor. lib. 1.* ad quam omnes amando utpotè hiscè temporibus apprimè utilem & necessariam) interdum maritus ab Amatore inebriatur ità, ut neque oculus, neque pes suo officio fungi possit, domum deducitur, quem uxor, ne forsitan cadat, comitari vult, atramen precibus emollita manet, benedictionemque expectat, quæ si commodè ob præsentiam aliorum impertiri non potest, ad ædes lotricum & netricum (bey denen gemeiniglich auf gläsernen Stelzen gehet) se conferunt, ubi actio de communi dividendo intenditur, per quam corporaliter fit rerum divisio *l. 2. b. t.* cui adhæret actio de in rem verso.

XL.

Non nunquam tubicinibus præeuntibus, uxor ab amatore domum deducitur, vix erapulam concoxit, surgit de lecto maritus & uxorem excipit, affert bellaria, poma, pyra, nuces.

Castaneæ molles & pressi copia lactis.

Ficus, mala punica, persica, cerasa, saccarum panem S. Marci, confectum, seu ut ille vocat, defectum Mangelkern/ (quæ tantum differunt ut causa & effectus) omnis generis; Caseum & si illibenter uxor videat, quia

- - *Abbreviat socium, quem dilligit illa.*

Tamen ne amorem suum prodat, clauculum ipsius esum ipsi desuadet, vel etiam apertè, quod nimium officiat valetudini, propter difficilem concoctionem sey zu Nacht ungesundt. Euge bo-

ne Cornute, ita sunt excipiendi hospites, ita tui rivales, affer vinum, infunde, salta, & talem te gere, qualem te volunt. Scriptum est enim HANREI effote subditi amicis uxorum vestrarum & nolite murmurare contra eos, quia modici temporis afflictio transferre vos in diuturnam requiem, & cum bona gratia bellaria vestra promite, nam hilarem datorem diligit Deus.

XLI.

Tandem cum tempus discedendi videtur, hospes hospitem ad posticum comitatur, ut maneat, rogat, satis adhuc superesse temporis: ille se excusat, alio tempore se reversurum ait. Hoc facto illius domus arctius obsidetur quam olim Carthago à Scipionibus, tum circumambulant rivales, unius ejusdemque rei cenfortes, fenestras inspectant, parietes transcendunt, ad fores excubant, per transfennas sollicitant, regulas dejiciunt (teste Cornel. Agrippin. de Vanit. Secent.) angulos obsident. dictoria scribunt, machen Buleu-Lieder / ejusmodi sunt: Grüß euch Gott meine schöne Tochter / wie gar wohl gefallet ihr mir etc. Item / Es ist ein elend Sach umb ein verdächtigt Weib / etc. Citharas pullant Heckerling und Haberstroh etc. cantionem gratiani, & alias innumeras astutias excogitant, quæ omnia in pulchritudinem tuæ uxoris tanquam scopum diriguntur, ad tui verò redundant opprobrium & dedecus. Quod si parum Majestatem tueri conatur maritus, fährt sie auff als ein Surb im Bad / quam me putas, ego credo te me meretricem esse existimare, amicis & cognitis meis illa dicam, si aliquid in animo haberem, te reverà spectatorem non opponerem, &c. Quid verò ille, se ipsum & horam nativitatis incusat, hospiti nuper suo & uxori omnia dira precatur; Interim tamen nutrit murem in pera, serpentem in gremio, & ignem in sinu, ut ait, Neviz.

XLII.

Quæritur hic non abs re, an possit repudiare uxorem maritus, si forsan amatorem cum ea ludentem invenit? quem lusum *Lombarda*

o per-
o sicca
itione
allax.
oculi
ectum
nes a-
m) in-
neque
e for-
enedi-
m im-
en ge
actio
fit re-
e do-
rus &
Mar-
tan-
& si
n ipi
pro-
e bo-
ne



barba lib. 2. tit. 54. l. si quis à modo. Interpretatur manuum in
 sinum immisionem (*Handschub machen* nostrates vocant) aut ad
 pectus ejus, vel alium, ad locum unde turpe esse possit. *referente*
gloss. in verb. luserat. ubi etiam Hotoman. & Cujac. Sonsbec. p. 12.
num. 241. Moz. ex quib. caus. feud amitt. n. 54. Etiam si se invicem
 osculantes videret, & in osculo exemplum turpis lusus ponunt.
Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cas. 267. & Borch. cap. 8. de
feud num. 28. Rosenthal cap. 20. conclus. 54. In hoc errore etiam
 versatur *Neviz. Sylv. Nupt. lib. 4. n. 78. & Thomas Cant.* Oscula
 quintam viam ad amorem vocat. Nos verò illis contradicimus,
 omnesque prædictos in totum refutamus; requiritur enim, ut in
 ipso actu, & in rebus venereis, seu, ut *Solon & Draco* dixerunt,
ἐν τῷ ἔργῳ deprehendantur, seu, ut *Plautus* ait, corpus corpori
 incubarit. *Act. 4. Scen. 4. in Amphitr. vel ut Lucian. in Eun.* cum re-
 periri habet membra in membris mulieris, *Ulpian. in ipsa turpitu-*
dine, in l. quod ait Lex 29. ad L. Juliam de Adulter. Verum apa-
 gè illos cum rigido judicio, ablegentur ad *Garamantas, Indos &*
Æthæos Fratres, quibus in ferendis carbonibus usui esse possunt,

XLIII.

Arceat quilibet bonus vir uxorem à lectione *Amadisæi*, *Ovi-*
dii de Arte amandi, *Eurioli & Lucretiæ*, *Gartim societatis*, *Equit's*
Ponti, *Galmi Baptistæ de campo fragoso*, præsertim verò fugiant
Johannis Bocatii librum, quem cento novellarum inscripsit. Hic
 enim magno interstitio cæteris post se relictis, æternum nomen sibi
 comparavit; hoc enim lecto, & *Theoriæ fundamentis* feliciter ja-
 ctis, quam felicissimè exercere praxin possunt: nihil aliud sunt,
 quam callidissima *Haruficorum stratagemata & strophæ*, & nulla
 unquam femina fuit, quæ non ejusmodi lectionibus & historiis ad
 furorem adacta fuerit; quia in illis miscetur utile dulci.

XLIV.

Evenit etiam interdum, ut viri & mulieres uno curru unaque
 navi vehantur, num id illæse pudicitæ uxor sine detrimento vere-
 cundiæ

cundia facere possit, etiamsi marito, se nihil quod labem aut maculam afferat vitæ honestæ, facere velle, promittat, non immeritò quaritur?

XLV.

A Politicis quibusdam affirmatur, exemplis forsitan viam monstrantibus, verum cum exempla exiguam vim probationis habeant, teste Ramo lib. 1. Dialog. c. 32. nos id apertè negamus auctoritate Ulpiani apud Labeonem. l. 15. §. Appell. ff. de injur. ubi dicit, quod omnis generis hominibus terantur viæ, qui pretio, donis, illecebrisque nec non vi HANREITATEM expetant. Sic Dina Gen. 34. & Angla illa, de qua Sylv. Epist. 15. Peregrinatrices fructus uberri- mè protulerunt, & Comicis frequenter peregrinationes sinistrae sunt famæ; nam bene sciunt absente fele saltare mures. Imò in peregrinationibus adeo fiunt applicabiles, subjectibiles, ut Theologiae Studiosis pro Cathedra, quam conscendant, Juristis pro pulpito, cui corpus imponant, & Medicus pro vivæ Anatomiae sub- jecto, ac denique nemini non inserviant.

XLVI.

Promissionem, de qua thes. 44. quod attinet, servari ea non potest, utpote quæ est de genere impossibilium, quorum obligatio nulla. l. impossibil. 185. ff. de Reg. Jur. Quod verò sit impossibilis non solum ex prædictis, verum etiam exinde liquet, quod in peregrinationibus pro solito non habetur, ut cum ventum est in diver- sorium peregrinantes propter multitudinem hospitem & penuri- am lectorem promiscuo concubitu uti de necessitate cogantur; quia verò necessitas lege caret. l. 1. ff. de offic. procons. quis adeò durus erit, ut hoc casu propter pericula innumera non miscreatur; l. ult. C. qui potior. in pignor.

XLVII.

Potiores hæ sunt meo judicio causæ HANREITATEM pro- generantes, quod si adhuc aliquas omisimus, eas in dissertationis hujus secunda editione plenius proponemus. Habet quidem &

E

reccer

m in
aut ad
ferente
p. 12.
vicem
onunt.
p. 8. de
etiam
Oscula
timus,
ut in
erunt,
corpori
um re-
pitu-
m apa-
dos &
ssunt,

Ovi-
quit s
ugiant
Hic
en sibi
ter ja-
l sunt,
nulla
riis ad

naque
vere-
undia

recenset nonnullas alias causas Liber, qui inscribitur *Sandstörher* / sed eas scientes prætermisimus.

XLVIII.

Mercatores fortè timent extravagari uxores, quando aliò abire legant. *Albert. Magn. de Mirabil. Mundi. Cornel. Agripp. de Occulta Philosoph. lib. 1. c. 46. & librum, qui inscribitur Bellum Veneris conjugale*, ubi recensentur varia remedia utenda, ne uxor cum alio coire possit.

XLIX.

Quam misera itaque & dolenda HANREJORUM conditio, ex parte jam audivimus, tamen non ita pridem à Doctore quodam Gallo intellexi, multos eò processisse, ut cum talibus hominibus fraternitatem & singularem amicitiam ineant, prætendentes, damna quæ quis sua culpa sentit, non videri sentire. *l. 103. de Reg. Jur.* quod cum audivi, obstupui, & vox faucibus hæsit, existimans, in universo mundo nullos esse, qui horum amicitiam ambient, tamen ab eodem Doctore melius edoctus, animum recepi, & iram, quam de his conceperam paulatim demisi. Quæritur hic igitur; Num quis sine detrimento honoris amicitiam cum Cornuto contrahere possit? Distinguitur hæc in parte cum Philosopho in opere Nicomachico. *lib. 8. c. 3.* inter amicitiam utilem & amicitiam veram; Quod hanc posteriorem amicitia speciem attinget, quia in ea requiritur amor intensissimis, qui inter plures amatorem, uxorem & maritum simul esse non potest. *Arist. Eth. 9. cap. 8. Theoph. Gol. in comment. ad d. c.* meritò in ea hoc negandum putamus: Quod verò attinget amicitiam utilem, ex qua amator commodum & emolumentum sperat, & ei lucri quid à Cornuto obvenit, rectè eum facere dicimus; non enim in fraternitatem, sed in spem lucri bibisse intelligitur, quia propter quod unumquodque tale est, id magis est tale, nec culpandus ob id contrahens talem amicitiam, quod velit exinde lucrum captare, nam secundum naturam est, ut qui onus idem & commodum sentiat. *l. 20. ff. de R. J. & non ferendi, qui lucrum amplectuntur,*

ur, onus autem ei annexum fugiunt, ut iust. loquit. *l. unic. C. de ca-
duc. toll.* ejusque personæ factum quis præstare tenetur ex qua lu-
crum capit. *l. 5. ff. de R. J.* Sed cavete vobis Charissimi Pices, latet
anguis in herba, der eueere Weiber möcht in die Ferffen stechen/
daß sie auff den Rücken fallen/ nescitis ex veterum Historicorum
scriptis, multos Cornutis abblanditos fuisse, non nisi ob uxorem, &
quando talia signa videtis, cogitate, quod vestro stomacho ma-
gnum immineat malum; nam qui plus solito vobis abblanditur,
aut vos jam decepit, aut mox decepturus est ait Gyazus. Etenim
non omnis qui dicit, Pax vobis, quasi columba audiendus est, sed
commune proverbium potius attendendum: Qui vult adulterare
uxorem, prius adulteret ipsius maritum.

L.

Quam magnum igitur sit onus, Cornutum fratrem habere,
Icti & Politici passim testantur, à quibus infames judicantur, & in
bene constituta republica non tolerandi: Licet quidem jure natu-
ræ omnes æquales simus. *l. 32. de R. J.* tamen jure civili homo ho-
mini præstat, nam bella sunt exorta, HANREITATES & captivi-
tates secutæ. *tit. 2. Instit.* eodemque jure propriè non potest homo
dici, sed impropriè & late sumptâ significatione, eodem modo, quo
Maniaci, Phrenetici & stulti homines dicuntur, æquiparatur seruo,
nec habet personam standi in judicio. *l. 102. ff. de R. J.* & nulla est
cum ipsis actio, nec cadit in eum obligatio. *l. 22. ff. eod.* Jure Præto-
rio pro nullis habentur, *l. quod attinet de Reg. Jur. l. 1. de jur. delib.*
*l. nullo. ad L. Corneliam de fals. & in L. Aquil. pecudibus comparan-
tur, mortuisque similes sunt.*

LI.

Magnus tamen Politicus rigidam eorum & inhumanam, qui
HANREJOS è Republica exturbare conantur, sententiam aver-
satus, hisce conditionibus eos tolerandos esse putat. I. Tanquam
speculum humanæ imbecillitatis & si fragilitatis. II. Ut neminem
inficiant. III. Ne ad publica officia, intellige dignitatem Senatori-
am

am vel Consularem admittantur. Patet enim, illis omnium dignitatum portas esse præclusas. *l. 2. C. de Dignit.* IV. Ne ad officia militaria promoveantur, nam neque bellum fortè hoc genus hominum nec fide constans, nec Diis amicum est. V. Ut in publicis conviviis, ut Nuptiæ sunt, & ut Brunswigæ & alibi Gûstbier infundant einschencfen. VI. Ne in cœmeteriis, vel aliis locis, ubi honesti sepeliri solent, sepeliantur; infamia enim eos semper comitatur. VII. Ut certo signo ab aliis discernantur: Inter est enim Reipublicæ tales homines novisse, ut malum suo tempore excindatur, ne latius vegetetur, cum constet, unam ovem scabiosam totum posse inficere gregem.

LII.

At si Cornutus sit duræ & pertinacis cervicis, duriori quoque cuneo opus est, vique cogendus, aut in exilium mittendus, publica namque salus requirit & vult, pœnas suum sortiri exitum. *l. sanctimus. C. de pœn. l. ita vulner. ff. ad L. Aquil.*

LIII.

Nolite igitur his amicis credere, nisi vultis decipi, neque existimate, talem amicitiam hisce temporibus primum esse inventam, siquidem ea Romæ superioribus seculis fuit frequens. *Ovidius. lib. 1. de arte amandi:*

*Cognatum fratremque cave, fidumque sodalem,
Præbebit veros hæc tibi turba metus.*

Videatur ulterius totus liber; ut & *Nevizanus Sylv. Nuptial. lib. 4. n. 86.* Uxores enim de mariti amicis tacitè sibi gratulantur, & ne illis humanitate cedere videantur, corpus & animum propensissimum offerunt; Quod rectè practicavit Helena, quæ à marito in mandatis habebat, ut curæ sibi esset Troicus hospes, *Ovid. in Epist. Heroicum*, illa marito, ut decebat, morem gessit, & ne aliquid intermitteret, prorsus cum illo abibat.

LIV.

Interdum, quando, nunc ita amicitia est incepta, marito absente

sente ne familiaritas intercidat, advocatur, ad bonorum collationem invitatur, corporis ve faminei custos constituitur, *gebräuchlich sie zur Guardy und Leibes Nothdurfft.* Etiam à maritis uxoris cura aliquando amico dem indatur, ut illam adcat, in absentia consoletur & erigat. Væ tamen homini, cui soli commissa est mulieris custodia, quia si ceciderit, quis est qui erigat illam. *C. in omnibus distinct. 81. C. illud. c. 7. q. 1.*

L V.

Quæritur hic non sine causa; An alterius uxori custodiendæ quis nocte dieque adesse cogatur? *Neg. id Novell. 134. c. 9.* Verum nos contrarium asserimus. Valde enim est periculosum solum dormire, præsertim sexui famineo, propter lemures, spectra nocturna, incubos, à quibus valdè infestantur, qui timidum mulierularum animum facile consternare possunt. Ad hæc, ex nimia solitudine oritur Melancholia, quæ difficulter curari potest; & secundum nonnullos eam ut proprium corpus defendere tenetur; qui enim custodiendam accepit rem, sanè ejus rei custodiam exactam præstare tenetur, nec sufficit tantam adhibuisse diligentiam, quantam suis rebus adhibere solitus. *S. 2. Inst. quib. mod. contr.* Benè etiam illud mariti sciunt, quod quilibet fideliter talem rem custodit, nec hac in parte conscientiam suam quis gravare vult, sed omnia quæ ad salvam conscientiam retinendam faciunt, facit.

LVI.

Multæ feminae inveniuntur, quibus talis consuetudo innata est, ut ne unam noctem solæ dormire possint, nec illud ullo modo evelli & eradicari potest, qui verò id fiat, nos later, siquidem non omnium rerum ratio reddi potest. *l. non omnium ff. de legib.* præter quod dicimus, talem consuetudinem iis esse alteram naturam, & propterea

Natura sequitur femina quisque sua.

LVII.

Circa hoc tamen estote providi, ut Hanreizetis in occulto, ne

habeatis mercedem vestram in pro patulo. Vitam enim qui in a-
moribus agit, os habet obseratum oportet. *Guev. Hor. Princ. l. 2. c.*
12. Man muß schweigen/wenn einem Barmherzigkeit wieder
fahren ist; Facile enim contingere posset, ut te repudiato alter
admittatur.

LVIII.

Apud antiquos Germanos mos fuit, ut Rebellionis sive con-
spirationis in Imperatorem Romanum rei canem scabiosum, spe-
ctantibus omnibus Proceribus Imperii, ignominiosè in dorso ge-
starent. *Spang. in Chron. Mansf. Cranz. l. 3. Sax. cap. 15. Kirch.*
in Republic. disp. 18. Coron. 4. ad lit. B. Pantal. in Prof. pogr. par. 2.
in Frider. Barb. Videat. etiam Meibom. in Schleid. de 4. summ. Im-
per. sub Frid. 1. lt. Günth. Interesset Reipublicæ ut singulis diebus
festis spectante universo populo duo cornua cervina capite gesta-
ret Cornutus.

LIX.

Quæritur: An quis cum sponsa nondum ad maritum deducta,
HANREITATEM committere dicatur? Quidam negant, nos
affirmamus. *arg. l. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult.* Siquidem nuptias
non concubitus, sed consensus facit. *l. 30. ff. de R. J. & verbum, si*
quis, tam Virgines, quam maritas complectitur, ut facit. l. 1 ff. de V.
S. Concedimus quidem, quod uxor domini non sit, ut est text.
l. 12. ff. de Rit. Nupt. Uxor tamen est in his, quæ ad ejus honesta-
tem pertinent, & non nuptiæ duntaxat, verum etiam spes nuptia-
rum violari non debet, inquit *Divi Severus & Antoninus in l.*
si uxor. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult. & quam quis animo sibi copu-
lavit. licet eandem nondum carnaliter cognoverit, ist noch nit mit
der ledernen Feil darüber gewesen/tamen ipsius uxor est, & sponsus
æquè ac maritus subjectum Patiens & Bonus vir diceretur; Et quis
ignorat, cingendum haberi pro cincto, moribundum pro mortuo,
condemnamdam pro condemnato, sponsam copulandam pro copu-
lata, repudiandum pro repudiata. *l. pen. ubi §. art. ff. de milit. test. &*
L. Di-

L. Divort. §. interdum & ubi Jason. n. 15. & 16. ff. de solut. matrim. Ged. de V. S. ad l. 12. n. 15. Alii distinguunt h. l. inter sponsalia de futuro & presentia, ut faciunt Canonistæ in C. pen. X. de sponsal. quam tamen distinctionem usus fori hodierni non observat, ut notat. *Trentler. de Nupt. lb. 1.*

LX.

An si quis viduam, cum qua vivo marito consueverat, post obitum mariti convenit, dicendum nè & sentiendum, eum Hantzreizationis actum repetere? Negamus, siquidem illam consolandi gratia adit, qui accessus non est improbandus, sed potius propagandus; Homo enim homini Deus, non lupus, & talis amicus consolator est medicamentum vitæ. *Aug. de Civ. Dei*, & quam facile tenerrimum hoc genus hominum consolationum, & omnis humani consilii inops aliquid mali contrahere, quod deinde per clarissimos Medicos difficulter evelli & eradicari posset. Consolamini igitur amicas, consolamini; Exigit etenim id Christiana Charitas, Fides & Dilectio, siquidem non bonum est hominem vivere solum: si non in continenti, tamen post aliquod tempus consolationum fructus habebitis uberrimas. *Es muß ein schlimmer Wirth seyn/ der einem eine Zech nicht borgen könnte; Quod differtur non auffertur.*

LXI.

Me quod attinet, uxores delambant, degluriant, osculentur alij, mihi virgines magis placent, genus hominum primarium, quod in statu innocentia constans permansit. Quid enim dulcius, quid jucundius, quid gratiosius, puris & illibatis virginibus? *E* contra quid sibi vult mulier nigris dignissima baccis. Itaque paritæ Matronis, & debellate puellas, & cum *Horat. l. 1. Sat. 2. De sine Matronas sectarier.* Verum, quod capita tot sensus, cuique ut caput est, ita pileus.

LXII.

Caveat sibi quislibet, ne ducat aulicam. *Denn sie pflegen gemeinlich mit zerbrochenen Geschirr zu jubeliren.* Moneo ha-

rum

rum sectatores, ne semper amabiles sperent, nescii auræ fallacis,
nec nimium ipsis fidant, sed mucronem aliò vertant.

Hofmâgd/ Badmâgd/ Huren und Ammen
Sichören zusammen in einen Stammem.

Tot enim & tam multi equites, & Domicelli virginum clau-
stris & thesauris latronum more insidiantur, will jedermann an
ihnen zum Ritter werden/ partim vi, partim lenociniis verborum
amorem extorquent, & cum puellulis istis

Non fit quæ lanas molliat apta manus.

His saltem de rebus colloqvuntur, quæ ad amorem faciunt,
tantos obscenos sermones proferunt, quibus ipsum Platonem ex
infernīs producere possent, da spart man beyderseits der Ehren/
und behilft sich alleweil des scandirens. Ibi prudens & ætate con-
fecta Gynæcei Magistra (à Jove Principium) à quot olim procis sit ad-
amata narrat, quibus muneribus dignata, quibus blanditiis ambita.
Hæc de eo loquitur, quem amat, altera de illo agrè silet, quem o-
dit. Hæc enarrat, quot munuscula ab amatore acceperit, quot gem-
mas, quot monilia, quot catenulas extorsit, quot strophiola, quod
basia illa reddiderit; Alia commemorat singulari quodam dicendi
lepore, quoties nuper cum hoc vel illo collocata fuerit; O/ inquit,
Was ihr mir saget/ da gedencf ich mein lebtag wohl daran. Ist
er nicht so from / ich wolte wohl bey ihm schlaffen / er solte mir
nichts thun. Hæc illius sermonem interrumpit, & de Comœdiis,
Tragœdiis incipit, quisque melius suam personam expresserit, face-
tè dijudicat; Tandem discessâ Gynæcei Magistra Pamphilus ad-
est, qui Glycerium suam benè absolvit. Hisce sermonibus tempus
terunt, hisce loquelis dies fallunt, & quæcunque dicunt, se cum
aliarum admiratione dicere putant,

LXIII.

Si rectè considerabitis internum non externum Aulicarum ha-
bitum, invenietis sub formosis istis pellibus turpissima monstra la-
tere. Memores enim aulicarum deliciarum earum non obliviscun-
tur, & quâ ut verum fateamur, fidelitate & integritate maritis pu-
ram

ram virginitatem afferant, notum est; ubi sperant se in Angliam profecturos, in Hollandiam pelluntur. O quanto dolore miser maritus afficitur! O quoties cogitur legere Matthiam de Afflictis, dum illa legit Johannem in Extravagantibus, ferenda omnia, dissimulanda HANREITATES, & patiendi fastus. Quod si maritus extravagationes prohiberi velit, incipit stomachari illa & rixari. Wirfft mit Schelm und Dieben umb sich / sonderlich wann sie Margaretha heist / deren sieben dem Teuffel die Hölle zu enge machen. *Margarides septem spoliâsse feruntur Avernum.* Interdum cum amatoribus piciscuntur, ut maritum benè contusum & communibus impensis delumbatum remittant, quoque injuriam sibi factam ulciscantur & vindicent, eas adamare occipiunt, quos antea nihil pendebant, *Curial. Aul. Castell. l. 3. f. 268.* Unde Ovid. *lib. 2. de Arte amandi* non immeritò de ira feminarum sic ait:

Sed neque fulvus Aper mediâ tam saevus in ira est

Fulmineo rapidus dum rotat ore canes.

Fœmina quam.

Et Baldus censet, nullam iram esse supra iram mulieris in l. *se* apud C. de Revoc. & Donat.

LXIV.

Inveniuntur etiam multi, qui commodatam Principi uxorem sibi met ipsis tacitè gratulantur, & ob hoc ipsius gratiam aucupari student. Hic ob commodatam Domino uxorem fit Secretarius, ille Senator, hic Comes & iisdem artibus à Pontificibus & Cardinalibus multi præpinguia venantur officia, uxoresque ob id non immeritò superbiunt, quarum radiis maritus fulgeat; Item, se illas esse, quarum amore Princeps gaudeat, dicunt, nullam ex Domini Hanreizatione fieri impudicam, earumque maritos qui inepti Hirci videri possent, ita excellere aureis cornibus, ut dignitate cunctos ante eant, *Paul. Jov. invite Galliacii Sfortia.* Et à prudentibus nulla alia compendiosior via ad honores adipiscendos quam hæc ipsa habetur. Exemplo luculentissimo nobis erit Historia Eurioli ab Ænea Sylvio conscripta. Videatur hic ulterius *Noviz. lib. 4. n. 82.*

F

LXV,

LXV.

Optimè etiam maritos fallere norunt uxores hospitem Gaste
geberin/ hæ enim ex tam variis peregrinantibus unum atque alter-
rum admittunt, quod testatum facit Sandstörker/ cap. 52. Habent
enim neminem quem timeant, quia nemo in uno loco diu mora-
tur.

LXVI.

Quæritur hic: Num id facere conveniat? Rationem dubi-
tandi movent Politici, qui peregrini, inquit, esse officium, ni-
hil præter quod sui est muneris agere, nihil de alio inquirere, mi-
nimeque in alterius messem falcem immittere. Ajunt enim esse
pacis publicæ turbationem, cujus poena sit Bannum. Alij aliter
suam sententiam probare nituntur, exemplo Macrini, qui ob stu-
pratam vi Hospitam diro mortis genere duos milites affecit, ut
Capitolinus refert. Nos distingvimus inter id, quod fit licitè &
id, quod fit coactè. Hospita enim si ad concubitum invitat, omni-
nò illi obtemperandum, suscipit enim nos, fovet, cibatur, & omnia
præstat, quæ potest. Nos igitur decebit, ut favorem favore com-
pensemus, & duplicemus, fortunamque quæ sese offert, non omni-
nò despiciamus & fugiamus. Tale diversorium olim fuit Antwer-
piæ Jun tausend Mitteln/ in quo nihil quod ad voluptatem tum
corporis tum animi fecit, defuit, und da der Wirth ein Hahn-
rey ist/ ziehen die Gäste gerne ein. Deinde si aliquid supererit, si
triores eris, ancillæ paululum potest communicare, ut illa et-
iam habeat, quo tui reminiscatur. Fontes enim tui deriventur
foras.

LXVII.

Quæritur hic alterius; An si quis in ipso Hæreitatis actu de-
prehensus ab uxoris marito, possit occidi? Cum Tholos. Syntag. jur.
l. 36. c. 6. n. 7. id negamus, in foro conscientia non licet occidere ad-
ulterum aut uxorem adulteram marito. Can. inter hæc junct. gloss.
& Can. admonere. 33. quest. 2. quia soli judici licet occidere, seu
Principi, qui habet jus gladij. Can. cum homo. C. homicidium 33.
quest. 5. Rom. 13. tum etiam mulier non præsumitur id malo fine

age-

agere; Nam cum uxor cupiat fieri mater, *l. 2. C. de indict. vid. toll.* credant hoc procedere culpâ mariti & ex mutatione masculi se posse concipere sobolem; vel si maritus ob impotentiam fortasse liberis caret multisque laboribus & muneribus est obnoxius, illa sibi & marito consulens quendam admittit, cujus ope gravidâ factâ maritum exhilarat & ab omnibus oneribus immunem reddit. Sic onus tutelæ potest recusari tum propter causas quasdam speciales alias, tum etiam plerumque propter liberos, ut ait *Justin. Imper. Princip. Instit. de Excusat. tutor. & Cris. Modestini. in l. excusante. 2 ff. de Excus. n. 8.* Gothofr. singulariter notat propter liberos procreatos hoc summi favoris exemplum introductum esse. Hinc lex Papia præmium patribus proposuit, ut fortiter militent, & ob 5. liberos susceptos immunitas dabatur collectarum, & qui liberos non habebant, pendebant pœnam *ex l. Pap.* Imò hoc olim tam sanctum fuit, ut Cato HANREI rationem lubens subiret, & uxorem Hortensio liberorum causâ concesserit. Sic Jul. Cæs. & Valentinianus Imp. plures uxores liberorum quærendorum causa visitare permiserunt. *Sueton. in Caesar. c. 52. Cassiod. l. 8. hist. tripart. cap. 2. Paul. l. 2. Tiraquell. in l. 7. connub.*

LXVIII.

Hinc erat Romæ, qui generationi liberorum vacabant, & Proletarii dicebantur. *Oros. l. 4. c. 1.* Quod si hodiernis temporibus id ipsum in usu esset, horum proletariorum nullibi esset penuria, sed eorum tantus numerus sese exerceret, qui vel Homericorum militum turbam longè superaret: Et cur tandem quis familiæ suæ propagatorem interficiat? Dicat potius: Euge serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, super plura te constituam, intra sæpius in gaudium dominæ.

LXIX.

Non obstat nobis *lex 24. ff. de adult. ubi expressè contrarium* asseritur. Sed R. illam legem non tam nobis obstare, quam hanc nostram sententiam egregiè approbare & confirmare. Dicitur enim maritum uxoris suæ adulterum occidere posse, sed non quemlibet;

Continet itaque *d. lex 24.* exceptiones aliquas, scilicet quoad leno-
 nem, ludicram artem facientem, in scenam saltandi causa prodeun-
 tem, & ceteros, qui itaque in tali numero non reperiuntur, illi
 optime possunt Hanreizare. Exceptio enim confirmat regulam
 in casibus non exceptis, juxta illud vulgatissimum. Accedit præ-
 terea utilitas publica, ob quam multa sunt introducta, ut ait *lex. 3.
 de oper. public.* quippe cum quotidie videamus hominem multa
 perire, interest alios in eorum locum substituere. Summa, *Her-
 ren und Fürsten wollen Soldaten haben / der Mansfelder
 Volk.*

LXX.

Supereft jam, ut discipiamus, quo nomine fit indigitandus
 HANREJUM faciens. Quidam eum vocant Domesticum, In-
 quilinum, *Haußhan/Verwalter/Haußgenossen* / quod frequen-
 ter domum tuam adeat. Alii eum vocant Amicum, sed is qui
 clam & invito alterius jus occupat, amicus non est, diverso tamen
 respectu esse potest. Nonnulli Hostem, sed perperam; Hostis
 enim is est, qui nobis, aut cui nos bellum decrevimus, *l. 118 ff. de
 V. S.* Privati verò sibi bella denunciare nequeunt; regale enim
 est, & summo Principi ex natura Majestatis in se considerata soli
 competit. Aliqui Cucurbitam vocant, sed malè, siquidem id de
 Vasallo uxorem domini Hanreizante dicitur; Vocabuli hujus de-
 rivationem vid. apud *Calvin. & Hotomann. in Lex. Feud. in verb.
 Cucurbita.* Miramur valdè, quod veneranda Antiquitas in per-
 scrutando hoc vocabulo non fuerit curiosior. Latinissimo voca-
 bulo nos vocamus Capellanum, Vicarium, seu, ut *Ministero* libet,
 matrimonii Coadjutorem, *Ehehelfer/und unbesoldete Substituten*,
 qui cessante marito onera matrimonii suppleant.

LXXI.

Thesi sextâ diximus, quomodo soleant appellari Cornuti. De
 vocabulo Cornua ferre, multi multa scripserunt. *Nicet. lib. 2. de Im-
 per. Andronico Constantinopol.* sic inquit: Longè alia fuit Androni-
 ci luxu & libidine præditi intentio, qui cornua cervorum, quos
 venatus erat, insignia & rari aliquid habentia in porticibus fori
 suspen-

suspendebat, specie quidem ostentandæ magnitudinis ferarum, quas cepisset, cum revera civitatis mores & uxorum, quas ipse corruppebat, lasciviam notaret. Atque hinc in multas gentes (opinor) promanavit, ut qui malitia degeneris vel injuria suas conjuges aduiterari sinerent, probroso sane convitio cornua ferre dicerentur. Germanice injuriam rei verbo leniori mitigantes vocamus einen frommen einfältigen Mann/ der seiner Frauen nicht genug thun kan.

LXXII.

Uxores Hanreizantes quomodo debeant appellari

HANRIFICI certant, & adhuc sub judice lis est.

Meretricis nomen (quod genus hominum sine præfatione honoris nominari nequit, ut est apud Senec.) illis non competit; Nam hæc à merendo dicta est, Ulpiano dicuntur *Prædica seu Quæstuaris*; ernehren sich mit der Hand/da sie auff sichen/ pecuniâ suam exercent militiam. *Briss.l.43.de Rit. Nupt.l. Athletas. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infam. l. palam. §. non est. ff. de R.N. quæ multorum libidini. d. 34. c. 36. vidua utpote quæ 20300. virorum absorbat ictus*; Hæc nullâ acceptâ pecuniâ, sed amoris, qui est furoris species, & benevolentia causa Hanreizat; E contra meretrix se prostituit in sylvis, ut propter Norbergam, im neuen Wald/quem locum sæpius invito, Lipsiæ auff dem Hühbett / da sie das Gras mit den Hintern abmähen / unde vocantur Nymphæ Sylvestres, Pecora Campi, Waldgöttinnen. Hæc verò est inviolatæ existimationis, quia amoris vi coacta solis amantibus sui copiam facit *l. fœdissima. 20. q. 1. Jul. de adulter. 3.* Errat itaque hic Conan. *lib. 8. cap. 13.* qui illam meretricis nomen indigitat. Rectissime ab Ovidio & aliis vocatur Amica, cum quibus consentimus & facimus.

LXXIII.

Malè vos tandem mariti facitis, qui à verbis sæpè ad verbera progredimini, & tam miseris tractatis modis, ac si vobis res esset cum asinis & scorpionibus. Habebat & Jupiter suam Junonem rixantem & tumultuantem, castigabat verbis, leniebat obsequiis, Non

est hæc vita Paradisus, nec cum Angelis meris degitur, sed cura
 mulieribus, quæ facile errare, decipi & hallucinari possunt; Non
 enim continuo in conjugium conjectæ affectus omnes exuunt,
 aut in castra Monachorum Stoicæ sectæ abeunt, sed adhuc homi-
 nes sunt, adeoque & humanæ, quibus & jocari, ridere, gaudere
 volupe est, in primis juvenculis, quas & convenit affines esse earum
 rerum, quas fert adolescentia, wer wolte ausschlagen zween Kir-
 schen an einem Stiel. Si quis amicorum adveniat, continuo illæ
 vel latebras quærunt, & latibula vel instar Didonis apud inferos
 solo fixos oculos tenent averfæ;

Nec magis incepto vultum sermone movetur

Quam si dura filex, aut stet Marpesia cautes.

Ut Virg. 6. Æneid. ait. Quæ suspicio in conjugio illas malo-
 rum semper fuit habita. Fieri enim non potest, ut eandem ferè a-
 mes, quam tibi fidam esse non credis, sin mavis tuo periculo cor-
 nutus senescas licet.

LXXIV.

Hoc tempore hæc sufficiant, & quæ in communi Praxi &
 Theoria per ætatem nostram observavimus, publicæ censuræ sub-
 mittimus, & si erravimus, veniam precamur, tandem addendi, mi-
 nuendi & corrigendi facultatem nobis reservamus. Lector æquus
 hæc jocosè pro Candore suo & innata discretione interpre-
 tabitur, malevolum nil moramur. Interea Valetè &
 Plaudite. Paulo majora sequentur.



Ad



Ad fortiss.

DN. RESPONDENTEM.

Sic fuit in fatis, fuit hæc propensa voluntas
 Cypridis, Idaliæ quæ Dea sceptrâ tenet.
 Millibus è multis solum te poscit ut esses,
 Cui demandaret Martis & Artis opus.
 Teutona terra viros nutrit non laudis egenos
 Pace loquor Socratis, Cicero pace tua.
 Sed fateor prorsus nulli est hæc dicta Camœnæ
 Materies, humeris res minus apta fuit.
 Te duce namque doces, fatis agitata severis,
 Uxor conjugij rumpere vincla potest.
 Tuque marite potes sinuosum fortiter arcum
 Mittere vicini in nocte silente torum.
 Priscum laudis iter nos deseruisse negasti,
 Subtrahe, quæ Momus fauce potente refert.
 Namque Beanismi thesibus eum Pennalismi
 Additur excelsum hoc Hanreitatis opus.
 Te Pueri donent viridi cum gramine palmâ
 Major es Ascraeo Mæonique sene.

Maete

Maeste animo nostrum sallubri munere seclum
 Donasti, Naso tu ultime noster eris
 Parcite nunc diræ, date stamina longa sorores,
 Quæ rigido netis pensa severa colo.
 Hujus enim dotes qua cingitur India Gange
 Accipiet, mundi noscet utrumque latus.
 Suspicit hunc Gallus, tibi ponet Teuto columnas,
 Et, magno, dicent, Hercule major erit.

*Honoris & observantia causa
 scripsit*

FRANCISCLUS KERATINUS.



as,
IS.

ULB Halle 3
004 764 145



VD.77



Th. 2819 QK





Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

